



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 38. Joannis Ludovici Nassovii Principis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. per & ubique pauperum parentem &  
A.C. 1653. Patronum sese exhibuit, omnesque Ec-  
 clesias, quibus præfuit, sacra suppel-  
 lectile largissime exornavit, postea Re-  
 gius Orator unacum Joanne Chiuma-  
 zero Romam ad Urbanum VIII. decre-  
 tus, ibidem Ecclesiasticis omnibus ful-  
 exemplo ad imitandum. Inde vero re-  
 versus in Hispaniam, dum in Cleri su-  
 studio, populi cura, & disciplina Ec-  
 clesiastica promovendis totus erat, ad  
 Philippi IV. Hispani Regis preces ab  
 Innocentio X. sacram Purpuram obti-  
 nuit, qua tamen vix integro biennio  
 decoratus, Romæ die secunda Octobris  
 anno ætatis sexagesimo tertio naturæ  
 debitum solvit, sepultus in Ecclesia  
 S. Mariæ super Minervam.

### §. XXXVIII.

#### *Joannis Ludovici Nassovii Principi obitus.*

Tuld. Hist.  
temp. cont.  
lib. 2.

Hoc item anno Joannes Ludovicus  
 Nassovius Princeps die sexta Martii  
 Hadameriæ suæ ditionis urbe post diu-  
 turnum morbum pientissime decelitus  
 Hic ejurata Calvini secta anno Christi  
 millesimo sexcentesimo vigesimo nono  
 die octava Septembris publice fidei  
 Catholicam professus est, atque ab His-  
 spano Rege Philippo IV. aurei velleris  
 Eques,

Eques, a Ferdinando II. Cæfare au- Sæc. XVII.  
reæ clavis Cubicularius, ac demum a A.C. 1653.  
Ferdinando III. in Westphaliæ pro  
concilianda pace Legatus decerneba-  
tur, & confecto pacis negotio ex Co-  
mite Princeps creatus est, quo Principa-  
tus honore hodie ejus liberis, po-  
sterique perpetuo gaudent. Erat sane  
Princeps germanæ sinceritatis ac fidei,  
insignisque pietatis, qua Jesuitis Col-  
legium in sua urbe, & Franciscanis in  
S. Egidii monte Conventum suis ex-  
pensis erexit: Demum vero Catholico  
ritu S. Ecclesiæ Sacramentis munitus,  
animam Deo in cælis, corpus Ecclesiæ  
apud Franciscanos, & denique Cor-  
suum Jesuitis tradidit.

### §. XXXIX.

#### *Wolfgangi Guilielmi Neoburgi Du- cis mors.*

Jam supra meminimus, quod Wolf- *Vid. supra*  
gangus Guilielmus Neoburgi Dux l. 190. §. 51.  
Philippi Ludovici Filius a Lutherana *tom. 55..*  
fecta ad veræ Ecclesiæ gremium rever-  
sus sit: cum enim hic Princeps ma-  
ximis naturæ dotibus inclitus, inge-  
nio ad capiendas disciplinas avido præ-  
ditus, pro dignoscendis exterarum na-  
tionum moribus Daniam, Angliam,  
Italiam & Hispaniam pervagatus esset,  
*Hist. Eccles. Tom. LXII.* H jam